Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



tua / et exaltet dextera tua iustitia et iudicium preparatio
sedis tue Misericordia et veritas precedent faciem tuam beatus
populus qui scit iubilationem Hi in lumine vultus tui ambu
labunt et in nomine tuo exultabunt tota die et in iusti
tia tua exaltabuntur Quia gloria virtutis eorum tu es et
in beneplacito tuo exaltabit cornu nostrum Quia domi
no est assumptio nostra et sancti israel regis nostri Tunc
locutus es in visione sanctis tuis et dixisti posui adiu
torium in potente et exaltaui electum de plebe
mea Inueni dauid seruum meum oleo sancto meo unxi
eum Manus enim mea auxiliabitur ei et brac
hium meum confirmabit eum Nihil proficiet inimicus
in eo et filius iniquitatis non apponet nocere eum Et cedam
a facie ipsius inimicos eius et odientes eum in fugam
conuertam Et veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine
meo exaltabitur cornu eius Et ponam in mari manum
eius et in fluminibus dexteram eius Ipse inuocabit me
pater meus es tu deus meus et suscceptor salutis mee Et
ego primogenitum ponam illum excelsum prae regibus terre
In eternum seruabo illi misericordiam meam et testamen
tum meum fidele ipsi Et ponam in seculum seculi semen
eius et thronum eius sicut dies soli Si autem deliquerint
filii eius legem meam et in iudiciis meis non ambula
uerint si iustitias meas profanauerint et mandata
mea non custodierint Visitabo in virga iniquitates eorum
et in verberibus peccata eorum Misericordiam autem meam non dispergam
ab eis nec nocebo in veritate mea Neque profanabo testa
mentum meum et quod procedit de labiis meis non faciam
irritum Semel iuraui in sancto meo si dauid mentiar semen
eius in eternum manebit Et thronus eius sicut sol in